cum eius Inscriptione Roboratoria in toto et prorsus cassat, mortifi:
cat et annihilat sibi suisq posteris vero Comissorum ...
apotum imponendo silentium.

Sczepanowskie Conges Zdzan: skie Conges Quietant 914

Comparentes est coram officio et Actis praesentibus Castren:
sibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Gaspar
Sczepanowski et Theophila de Borkowice Coniuges legiti:
mi, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus
Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen:
tibus, recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premy:
sliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet, seseu
successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple:
narie incorporando atq subijciendo palam libere, publice ac
perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem consors cum
eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia
et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Grosos
Iosephum Zdzanski et Barbaram de Woyski Conges Conos et
ipsorum successores de summa Mille Quingentorum Florenorum Polo:
nicalium sibi Recognoscenti per eosdem suprascriptos Generosos
Zdzanskie Coniuges, Actis offici praesentis in Anno Millesimo Sex:
centesimo Septuagesimo Primo proxime praeterito modo simplicis
debiti inscripta, et super bonis ipsorum omnibus ad solvendum
assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Capita:
neali Premisliensi Debitoria, omnibusq et singulis Inscriptionis
eiusdem Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio liga:
mentis ac nexibus generaliter Universis, atq de quibusvis
praetensionibus ob sufficientem et plenariam sibi Reginiti
per Cmisses omnibus praestitam satisfactionem summaeq suprascriptae

Mille Quingen

Mille Quingentorum Florenorum Polonicorum realem et effectivam persolutionem Quietant, emittunt, dimittunt liberosque et absolutos perpetuo faciunt et pronuntiant. Inscriptionem eandem Debitoriam [illegible] et praetensiones quasuis in toto et omnia Cassant mortificant et annihilant, sibi suisque posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Krasicki et Golaski mutuo se Quietant et Stahuet.

44 913

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Illustris et Magnificus Martinus Constantinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Castellanus Praemisliensis ab Una et Generosus Albertus Golaski parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a foris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus Idealiter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosus Golaski suo et Generosae Annae Siraniska Consortis suae legitimae pro cuius ratihabitione Cavet et se praesentibus inscribit nomine se se mutuo et invicem Una pars alteram, atque posteri utriusque partis, de Interuenta certa interesse Recognoscentes et praefatam Generosam Golaska, ratione Arendae bonorum Sungleton et aliarum certarum rerum et conditionum in eadem Inscriptione contentarum de actu et data illius hic Praemisliae die prima Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo.